

1467

Vd  
3885

IN MEMORIAM  
SACRORVM  
PACIS PVBLICAE

D. VI. IVNII ANNO MDCCCLXXIX.

CONCELEBRATORVM

HOC QVALECVNQVE ANIMI GRATI  
LAETITIAEQVE TESTIMONIVM  
EXHIBET

F. G. Voigtius.



FREIBERGAE, Litteris BARTHELIANIS.



IN AUSTRIAM  
SACRO-RVM  
PACIS PVBLCAE

D. M. LXXII ANNO CXXXIIII

COND. FERDINANDI


HOC QUAEVAVIMUS ANIMI GRATI


LABORAVIMUS FESTIVIVM

EXHIBET

IN  
G.

VERBENA LXXXIIII





**D**iva Pax fedes Superum decoras  
Linqvit, aerumnas hominum cruentas  
Intuens, belli fera quas libido  
Vndique spargit.

Euge! descendit niueis quadrigis  
Vesta, vestitu decorata festo,  
Cui recens ambit, diadema splendens,  
Tempora, laurus.

Regna conspexit fere dissipata,  
Propter iratos animos Potentum,  
Queis Eris discors male fuggerebat  
Flebile pomum.

Aspicit faeuis vitiata turbis  
Arua, deformes habitus coloni,  
Aedium cultus vitiofiores,  
Funera, labes.

Luget, infesti quod iniqua belli  
Flagra mortales, (quis enim negabit)  
In truces cogant furias, in arma  
Noxia terris.

Sed manu miti retrahit molestas  
Litium turbas, animosque flectit  
Ad coercendos hominum furores,  
Marte fremente.

Imperat laetis rediuiua terris  
Pax, et afflictis querulo pauore  
Nunciat gratam populis quietem,  
Saepe petitam.

Ergo bellorum saturata turbis,  
Pone gens tandem pauidum timorem!  
Iam fatis terrae doliere faeui  
Tormina belli.

En! minae saevi ceciderè Martis!  
Efferus miles minus intumescit,  
Regna pax sancto reficit ligatque  
Foedere tuta.

O! piaè mentes! potius triumphis  
Quae cruentato madidis tepore  
Praeferrunt pacis decus, ac oliuae  
Serta virentis.

O! et aeternis animi canendi  
Laudibus! maior quibus est voluptas  
Voce non segni reuocare pacem,  
Et sine caede.

Est labor certe, vigilare noctes,  
Pax vt afflictis reuehatur oris,  
Tutus vt pagos sopor et quietus  
Occupet vrbes.

Vt fuga pulsas tenebris, opaca  
Phoebus illustrat rediens vireta,  
Et maris feruor tumidus quiescit  
Sub Ioue laeto;

Sic rigescentes gelido stupore  
Pax fouet gentes placido calore,  
Sic fatigatis requiem carinis  
Reddit amatam.

Ergo vaginae tacitis quiescunt  
Ensis, duri clypei tubaeque  
Conticent, carpunt, redeunte pace,  
Otia gentes.

Aenci late nec hiant furores,  
Vngulae cessant strepitus, nec aures  
Verberat raucus sonitus tubarum,  
Pace fauente.

Ecce! jam cessant strepitus et irae  
Hostium! luctu vacuus colonus  
Arua securus colit, vberanda  
Semina spargens.

Curat, ut succo meliore vites  
Turgeant, natis ut abundet inde  
Nectar infusum pateris auitis  
Largiter haustum.

Matre cum blanda, famulisque diues  
Accubans feros herus ad caminos  
Explicat natis fera fata belli,  
Vulnera, clades.

Gaudet aseraeo focus igne candens,  
Hospitum crebris agitatus escis,  
Et suo rursus domino quietas  
Concoquit escas.

Ad piae matris redit et iuuentus  
Laeta complexus, ad aui penates  
Arma suspendit, veterum retractans  
Pensa laborum.

Thyrsis in molli resupinus umbra  
Laetus obseruat pecorum cohortes,  
Cumque dilecta repetit iocofos  
Phyllide cantus.

Laeta connectit virides corollas  
Et leues ducit choreas iuuentus,  
Inter optatos fruitur nepotes  
Pace senectus.

Vescitur tutis pecus otiosum  
Pabulis, esca satur ad latebras  
Trux aper sero redit, exterorum  
Tutus ab istu.

Nec botri raprum tumidi timebit  
Vinitor, damni viret hortus experts,  
Nec Ceres frugum sua condolebit  
Munera perdi.

Sed mouet bilem sibi foenerator,  
Qui lucri cessans nequioris, aurum  
Perdit, et frugum tumidos inertes  
Luger aceruos.

Diues argenti renitet fodina,  
Damna quae nullo metuens ab hoste  
Dira, prouentus, Ioue sub quieto,  
Promit opimos.

Liber a vexis, operas metalli  
Fossor exercet rigidas, et igne  
Et potens dextra, referat feracis  
Claustra profundi.

Erutas vstor mineras metalli  
(Hostis aspectu minus impeditus)  
Eliquat flammis, vitiisque purgat  
Rite metalla.

Pondus argenti fatis expolitum,  
Militum coetu comitante nullo,  
Per vias fertur vacuas periclis  
Atque rapinis.

Sic potens rerum Dea, numus exit,  
Sic in excusa legitur moneta  
Principis nomen placidi, micatque  
Eius imago.

Nec metus turbae pauidas Camenas  
Occupat, quando fera vox magistri  
Atque custodum ferit astra crebro  
Nocte dieque.

Nunc licet, cantus modulante Phoebo,  
Ire per turas Heliconis umbras,  
Et fuga tristes reuocare Musas,  
Gaudia nostra.

Inter vmbrosos nemorum recessus,  
Inter argutas volucrum loquelas,  
Inter et murmur fugientis vndae,  
Gaudia carpo.

Adstrepunt lenes Zephyri susurri,  
Annuit pictis variata tellus  
Floribus, dulces redolent odores  
Campus et aura.

Supplices nitor recitare fummo  
Numini grates, et odora festis  
In focus, quantum potis est egenus,  
Tura cremare.

Qui vagas, cursu properante, terras  
In gyros torques, maris et profundi  
Turbines arces, DEVS! o verende!  
Suscipe grates!

Nempe bellorum fremitus coerces,  
Efficis mites animos Porentum,  
Imperas belli ducibus feueris  
Taedia Martis.

Pristinam reddis Tibi consecratis  
Gratiam templis, violata iuris  
Vincla connectis, reparas labantis  
Pulcra salutis.

Fontium venas inopes petitis  
Imbribus comples, et hiantis arui  
Irrigas sulcos, et opima frugum  
Munera spondes.

O! fac! aeternum vigeat per acuum  
Principes inter stablita pacis  
Fauftitas! terras etenim profanat  
Turpis Erinnyis.

Et Tuis dignas meritis profari  
Par foret laudes mihi, FRIDERICE,  
Saxonum Princeps! sed habent decori  
Nil mea pleetra.

Quas tamen festa TIBI fronte nostra  
Musa, Lesboos imitata cantus,  
Accinit, prono, precor, et benigno  
Accipe vultu.

TE Tuis summum decus esse terris,  
Et Tuis pacem rediisse curis,  
(Si vel extremos populos rogarem)  
Nemo negabit.

70 3885 7A

X 338 9433

Par es omnino meritis Tuorum  
Laude condignis memori Parentum,  
Fama quos pleno celebrabit ore  
Tempus in omne.

Spes es AVGVSTAE columenque stirpis  
Alter Augustus, Titus alter, atque  
Pronus in ciues es, amor Tuorum,  
Portus et ara.

Sorte sub dura misere gementes,  
Et rigefcentes refoues Camenas;  
Fac! opum Musas inopēs fauente  
Protege dextra!

Saxonum terras pylios per annos,  
Vt soles, porro placidus tuere!  
Omnis AVGVSTVM Patriae statorem  
TE canet aetas!

Et Palatinos noua Saxonesque  
Vincla connectent, et opem Maritae  
Ex Palatino genitricae Parente  
Iuno parabit.

Tuque Pax terris Dea gratiosa!  
Immo Naturae sociale vinclum!  
Teutonum semper maneat opima  
Portio terris.

Obferā Iani, mihi triste, fanum!  
Applica portis obices perennes!  
Mars potens belli fera ne feratur  
Rursus in arma.

Te, fides, terris, remanente, cana,  
Artium cultus remanent valorque,  
Et senis fausti genitoris aevi  
Tempora prisca.

Permane nostrum decus in futuri  
Temporis tractus numerosiores!  
Pax decet mites homines, Hyaenam  
Trux decet ira.



hc





17. 14. 67

Vd  
3885

# IN MEMORIAM SACRORVM PACIS PVBLICAE

IVNII ANNO CIOIO CCLXXIX.

CONCELEBRATORVM

ECVNQVE ANIMI GRATI

TIAEQVE TESTIMONIVM

EXHIBET

F. G. Voigtius.



BERGAE, Litteris BARTHELIANIS.

